



SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
The Gift of
the Author,
Henry E. Allen,
of Kingston,
Ireland,
22 August, 1873.

[redacted]



Allen (Lat. Alanus), H. (E.).

OBSERVATIONES

IN

S JULII FRONTINI

STRATEGEMATICA.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, FOSTER, ET SOC.
LONDINII: APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXXIII.

Price Six-pence.

OBSERVATIONES

IN

S. JULII FRONTINI

STRATEGEMATICA.

SCRIPSIT HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, FOSTER, ET SOC.
LONDINII: APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXXIII.

DUBLINII:
IMPRESSIT M. H. GILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUS.

PRAEFATIO.

Quum nuper legerem Frontini *Strategematica*, visus mihi sum pauca obiter emendare. Editione autem legens sum usus praeclara illa Oudendorpiana altera, *Lugd. Bat.* 1779. Deinde explorandum putavi, quaenam recentiores essent; nec potui nisi Dederichii Lipsiae apud Teubnerum a. 1855, et Parisiensem apud Didot a. 1869 accipere, utramque ex consilio bibliopolae scriptores Latinos colligentis profectam. Et mirum est in tot annis neminem studio et voluntate ad Frontinum .edendum latum esse. Qualis si aliquando exstiterit, utique is symbolam quamdam criticam (si modo volenti erit accipere) poterit a me habere.

Dublinii IV. *ante Nonas Julias* MDCCCLXXIII.

Eodem Auctore:—

1. Conjecturae Animadversionesque Criticae in M. Cornelii Frontonis, &c. 8. *Dublinii* 1841.

2. Emendationes in Epistolas Ciceronis, quae sunt *ad Familiares* et *ad Atticum* missae. Accedit Fasciculus Emendationum in Scriptores Varios. 12. *Ibid.* 1854.

3. Observationes in Loca Aliquot Ciceronis. Accedunt in Caesarem, Frontonem, Gellium, Plinium nonnulla. 12. *Ibid.* 1863., 1*s.*

4. Emendationes Livianae. 12. *Ibid.* 1864., 2*s.*

5. Observationes in Q. Curtium Rufum. 12. *Ibid.* 1865., 1*s.* 6*d.*

6. In Sallustii *Catilinam* et *Jugurtham* Curae Secundae. Insunt varietates lectionis notabiliores Codd. MSS. trium. 12. *Ibid.* 1865., 2*s.* 6*d.*

7. Emendationes Livianae Alterae. Accedunt in Emendationes priores curae secundae. 12. *Ibid.* 1867., 1*s.*

8. Observationes in Frontonem nuperrime Lipsiae editum. 8. *Ibid.* 1867., 1*s.*

9. Hannibal Defensus. Tertium editus. 12. *Ibid.* 1868., 1*s.*

10. Emendationes Livianae Tertiae. 12. *Ibid.* 1869., 6*d.*

11. Observationes in Probum et Nepotem. 12. *Ibid.* 1872.

12. Specimen Codicum Suetonii, cum observationibus aliquot. 12. *Ibid.* 1873.

Parantur

Emendationes Livianae Quartae.

HENR. ALANI

IN S. JULII FRONTINI

STRATEGEMATICA

OBSERVATIONES.

Praef. p. 4. ed. Oudend. Alt., "Illud neque ignoro neque inficior* etiam*, rerum—"

* Scribe *neque infitias eo, jam rerum—*. Cf. Nostrum *de Aquaed.* 72., "Nec *eo infitias,* quin—." Lexicis autem adde Curt. vii. 4. 26., 5. 35. ed. Z.

— p. 5. "occupatis velocitate* consuli debet."

* Fort. *vel otio facto.*

— p. 7. "sub unaquaque* specie suggerere."

* Codd. *sub quaque.* Fort. *sua quemque pro se suggerere.* Bene respondent quae sequuntur:—"Nam . . . adjuvari me ab his, qui aliquid illi adstruent, non argui, credam."

— p. ead. "usus potius aliorum, quam meae commendationis caussa*."

* Med. 1. *gratia.* Fort. omitti potest *caussa,* sicut est omissum in codd. aliquot apud Sallust. *Cat.* 51. 5.

i. 1. 3. "C. Laelius . . . legatus* quosdam . . . secum duxit."

* Al. *legatos*. Scribe *legatus* lectos *quosdam:* cf. 2. 1., 6. 3.

— — 4. "idem esse eminentibus* faciendum."

* Fort. excidit *civibus*.

— — 6. "studiose cum* proditore* egit, uti—."

* Vix credibile. Fort. *studiose egit, proditor uti—*.

Ibid. "per Zeugma* trajicerent exercitum."

* Contrarium fecerunt. Scribe *per Z. ne*.

— — 10. "quam* ipse* remissus foret."

* Vulgo *quam si*. Potius *ipse si*.

— 3. 6. "in* Troezena et in alias urbes."

* Malim abesse ante proprium praepositionem. Cf. Sallust. *Cat.* 27., "*Faesulas* atque in—;" et 30., "*Capuam* et in—;" Liv. xxxv. 16. 4., "*Syracusas* atque in—;" Cic. *de Rep.* ii. 15. 28., "*Crotonem* et in—."

— — 8. "Sic . . . transtulit bellum."

* Vulg. *Sicque;* nec desunt in codd. exempla: Cic. *de L. Agrar.* ii. 21. 56., *de Fin.* v. 14. 40., Gell. ii. 26. 11. Sic etiam apud Liv. xxiv. 20. 14. in Codice meo lego "*sicque* diebus aliquot frustra ibi absumptis."

— 4. 5. "quod quum Pisidae credidissent*—."

* I. e. quum credidissent *et deseruissent angustias*; nim. antecedens res pro consequenti: vide *Obss. in Curt.* p. 24.

Ibid. "ac postero* die totum trajecit exercitum."

* Fort. *ac* [per otium] *postero:* cf. Liv. xxi. 28. 4., 33. 10.

— — 9. "quî* a Poro adversa ripa caveretur."

* Fort. *ut una ea parte a Poro.*

Ibid. "subitum* transmisit exercitum."

* Fort. *subitus totum.* De *subitus* pro *subito* Oudend. ad Ex. 13. extr. infra; adde nos ad Cic. *de Div.* i. 33.

— — 12. "quum . . . Poenorum dispositam penitus* classem timerent."

* Fort. *pene in ostiis.*

— 5. 7. "quum in portu* Atheniensium obsideretur."

* Fort. *in* Piraeo, *portu A.*

— — 16. "quum proximos inruerunt* agros."

* Vulg. *irruerent.* Scribe *urerent:* cf. Liv. xxvi. 21. 15., xxix. 31. 10., xl. 47. 2.

— 6. 1. "quum .. in Lucanos exercitum* duceret."

* A Vossiano abest *exercitum;* recte: vide ad Sallust. *Jug.* 97. (adde *CO. SS.* p. 61.), *Obss. in Probum* p. 13.

Ibid. "Ita factum* pro occasione amplexi hostes,—."

* Fort. *Ita* [fallaci animo] *factum.*

— 7. 7. "quam si communicare* potuisset."

* Fort. *si* [cum paucis] *communicare.*

— 8. 11. "capta castella praesidio ibi* tenere."

* Fort. *obtinere:* cf. iii. 6. 1.

11. 1. "se ex ea victores* redituros."

* Suspicor ante *victores* excidisse *nisi,* nim. quasi pro *nonnisi:* vid. Tennull. ad iii. 18. 3.; adde nos *Emendd. Liv.* i. 42., ii. 34., *Obss. in Curt.* pp. 13. et 31.

— — 2. "Quae sua* persuasio Romanis alacritatem adtulit."

* Fort. *summa.*

— — 9. "arma* in castris statuit, et circa ea* duci equos* noctu clam imperavit."

* — * — * Scribe *aram armis ornatam . . . et circa eam duci equos duos* ex Polyaeno apud Oudend.

— — 11. "signum . . . orabat.*"

* Fort. *adorabat.*

— 12. 1. "Scipio ex Italia* in Africam —."

* Immo ex Sicilia.

Ibid. "quum . . . prolapsus esset, . . . in hortationem convertit: Et ludite,* inquit, milites; Africam obpressi."

* Fort. *convertit, et lud*ens, Fid*ite, inquit, milites.*

ii. 1. 5. "hostis adgressus* est castra."

* Non adgressus modo est, opinor, sed etiam cepit: nim. antec. res pro conseq.; vide ad i. 4. 5.: sic etiam iii. 1. 1.

— — 8. "spiritus inter moras* decertandi etiam incalescere."

* Fort. *motus.*

— 3. 7. "hostem . . cecidit . . diu edocto usus* exercitu."

* Fort. *usu:* cf. Pacuv. apud Cornific. *ad Herenn.* ii. 23. 36., "*usus* . . . edocet;" Sallust. *Cat.* 7. 4., "*usu* . . discebat." Sic autem abl. *exercitu* fit utique instrumenti: cf. Sallust. *Jug.* 59. 3., "*expeditis peditibus suis;*" Liv. xxii. 39. 5., "*tuis equitibus* ac *peditibus* . . . *tuis militibus;*" xxviii. 13. 1., "*Romanis legionibus.*" Adde inf. ad iv. 7. 43.

— 4. 10. "Jugurtha . . . tum* Latine clare praedicavit."

* Repone *tum* [Maurice tum] *Latine.* Et exstat *Maurice* in fragmento quodam Varroniano.

— — 18. "compluribus suorum* . . . subornatis."

* Pal. *sociorum.* Fort. *s'uorum,* i. e. *servorum :* cf. 1. 6. Idem restituo inf. 8. 11. Contra *Obss. in Probum* p. 13.

— 5. 15. "et vestem ejus suo militi dederunt."

* Fort. *indiderunt.*

— — 23. "nec vero defuit partibus Mago, quin terga hostium in hoc ordinatus* caederet."

* Abundant mihi ista *in hoc ordinatus.* Fort. *inordinatius.*

— — 30. "ut . . . fide parta hostis,* facinus perpetraret."

* Fort. *fide* perfugae *parta, hostis facinus.*

— — 31. "Quum deinde Pompeiani securi curvatique* pabulo* de reditu cogitarent, —."

* Scribe: *Quum deinde Pompeiani securi vacuique, pabulatores de reditu cogitarent, et ii quoque, qui in statione fuerant, . . . dilaberentur;* ut appositio sit partitiva: vid. Oudend. ad i. 6. 1.; adde Liv. vi. 24. 11. De adj. autem quod est *vacuus* vidd. interpp. ad Sallust. *Jug.* 52. 6.

Ibid. "fugientibus equites inmissi toto eos* spatio, quo redibatur in castra, persecuti caedunt.*"

* — * Non accipio Oudendorpii *eos* pro *eo*. In illis autem *persecuti caedunt* libenter a codice aliquo acciperem *persecuti multa cum caede sunt.*

Ibid. "effecitque, ne Pompeio* expediret."

* Med. 1. *Pompeius.* Scribe *ne Pompeius et ipse iret.*

— — 37. "praecipitatis in fugam Parthis, in* his* Pharnastanen interfecit."

* In fugatis numeratur etiam ille, qui est interfectus, Pharnastanes. Cf. similem quamdam Curtii negligentiam *Obss.* p. 7. De formula autem *in his* vide ad Cic. *de F.* iii. 18. 60., v. 5. 14.; adde Cic. p. *Planc.* 28. 68., 30. 74., Liv. xxii. 49. 15.

— — 42. "naves autem omnium,* tamquam onustas milite, palam transnavigare jussit."

* Medicei *omnes.* Scribe *inanes:* cf. Prob. *Alcib.* 8. 6. "navesque paene *inanes* relictas."

Ibid. "securos et nihil* exspectantes."

* Fort. *nihil tale:* cf. exempla 19. et 31.

— 6. 1. "Ejusdem generis* hominibus — ."

* Fort. *gentis.*

Ibid. "via data est, quae Gallica adpellatur.*"

* Fort. *adhuc,* vel *ad hunc diem, adpellatur.*

— — 4. "quum ad Thrasymenum inclusi Romani* acerrime pugnarent."

* Fort. *quum . . inclusi Ro.* [lacu monte ferro] *acerrime pugnarent.*

Ibid. "euntesque sine suorum sanguine stravit.*"

* Non stravit, nec poterat sine suorum sanguine sternere. Fort. *exuit armis :* cf. Liv.

— — 8. "quum docuisset cautius* esse, — ."

* Codd. *aptius.* Fort. *optatius.*

— — 10. "Idem inter cetera* praecepta imperatoria memoriae tradidit, — ."

* Fort. *certa* vel *certiora* vel *certissima.* De permutatione ad Cic. *de Off.* i. 16. 51.

Ibid. "usque ad perniciem.*"

* Fort. *pernicionem.*

— 7. 1. "Quae res . . . adtulit; remque* . . . restituit."

* Distinguendum :—*pronuntiavit, . . . (quae res . . . adtulit), remque . . . restituit.*

— — 3. "quum auxiliares ejus,* missi* ab ipso, circumventi . . . essent."

* Videtur aliquid deesse. Fort. :—*auxiliares ejus* equites exploratum *emissi.*

— — 4. " quum Syphacis legati nuntiarent* ei regis sui nomine, ne . . . transiret."

* Fort. *denuntiarent*: cf. Liv. ix. 36. 14., " legati venerant *denuntiatum* Fabio senatus verbis, ne . . . transiret."

Ibid. " dimisit propere* legatos."

* Vulgo *ire*. Scribe *irrita re*.

— — 6. " celatis et hostibus* et militibus."

* Supervacaneum dicere istum hostes celasse. Scribe *ducibus*.

— — 7. " quos* ille, exemplo ne et ceteri moverentur, edixit — ."

* Al. *quo ille exemplo*: cf. 8. 8. Neque obstat nominativus interpositus: cf. iii. 9. 5., "*Pericles*," Curt. x. 9. 9., "*Meleager*." Adde inf. ad iii. 2. 9.

— 8. 1. " signiferis* segnius dimicantibus."

* Non erat signiferorum dimicare. Scribe: *signifero, Romanis segnius dimicantibus, raptum signum in hostem misit.*

— — 6. " reductisque in aciem.* "

* Recte Oud. exclusit *suis*. Sed male idem Ex. 8. admisit *ceteri*.

— — 11. " ex acie refugientibus in castra militibus aciem suorum* obposuit."

* Jam refugientes isti ipsius erant milites. Scribe *servorum*: vide supra ad 4. 18.

Ibid. "affirmans secum et cum* bonis civibus dimicaturos eos, nisi — ."

* Omittunt codd. plures alteram praepositionem. Fort. *novis cum et bonis.*

— 9. 1. "reliquias eorum, quia nox circumvenerat,* circumsedens."

* Fort. *quia nox sera cum victoria venerat.*

Ibid. "ut postero die inrequietum* facilius debellaret."

* Potius *inrequietatum.*

— — 6. "somnoque et mero pressis.*"

* Scribe *oppressis.*

— 12. 1. "ut vallum . . . circuirent concinerentque.*"

* Al. *continerentque.* Fort. *continenterque concinerent.*

— — 2. "Quod quum solerte* ex disciplina fecisset, — ."

* Codd. *solvere.* Fort. *Quod quom, quo minus solveretur disciplina, fecisset.*

Ibid. "exceptus forte veris insidiis, quia praedixerat,* interritos milites habuit."

* Fort. :—[falsas insidias] *quia praedixerat.*

— — 6. "per aversam partem nocte missos.*"

* Scribe *emissos.*

— — 4. "clam duxit* exercitum."

* Scribe *diduxit:* cf. iv. 7. 31.

— 13. 5. "non armis* sed vulneribus* oneratus."

* — * Plane contra, non vulneribus sed armis. Al. *in armis et v. o.* Fort. *in armis, sed vulneribus nullis oneratus.*

— 6. "ille signum repente* itineri dedit."

* Scribe *repetendo:* cf. i. 4. 3.

— — 9. "atque ita* Poenis existimantibus, . . ., . . excessit."

* Distinguendum :—*atque ita, . . ., . . ., . . excessit.* Vide *CC. SS. in Sallust.* p. 43., seq.

Ibid. "atque ita . . . terribilis* excessit."

* Fort. *territis illis:* cf. 7. 14., iv. 7. 7. et 20.

iii. 2. 9. "Quo errore illi,* custodibus deceptis, —"

* Fort. tollenda distinctio : vide ad ii. 7. 7.

— — 10. "ut negotiatorum specie* fallerent."

* Codd. *speciem.* Fort. *speciem prae se ferrent.*

Ibid. "ab ea deinde parte murorum, quae longissime remota erat, adparere* paucos disposuerunt."

* Conjicit editor Parisiensis :—*q. l. remota erat a portu, p. disp.;* recte.

Ibid. "Thebanae naves* et portum vacantem et urbem occupaverunt."

* Quorsum ergo attinebat navem istam ingentem armatis complevisse? Scribe *Thebani enantes.*

—3. 1. "salutem . . . pollicitus est. Quibus praemiis* — ."

* Fort. *promissis.* Cf. Liv. xxxiii. 47. 2.

— — 2. "vini epularumque copiam.*"

* Cod. Petrens. *custodiam.* Fort. *incustoditam copiam.*

Ibid. "Insidiatus igitur hilaritati et, quae eam sequebatur,* socordiae."

* Mallem *et iis, quae eam sequebantur,* omisso *socordiae,* ut circumscriptio sit: vide ad Cic. *de Fin.* ii. 8. 23., *Obss. in Curt.* p. 14.

— — 3. "odio suo* adversus regem uterentur.*"

* — * Scribe *odio* [summo] *suo adv. r.* [ut telo] *uterentur.* De *telo* in translatione Gebhard. ad Liv. xxi. 44. 9.; adde iii. 55. 3., 69. 2., v. 29. 9., vi. 35. 8., ix. 37. 6.

— — 5. "ut plaustrum . . . in ipso aditu portae poneret.*"

* Fort. *deponeret.*

— — 6. "quasi id per* hostem* interdiu non liceret."

* Petrens. *pro hoste.* Fort. *prohibente hoste.*

— 4. 1. "Reversus deinde renata* protrivit."

* Fort. *e terra enata.*

Ibid. "et ad famem redactis potitus est.*"

* Lacunam esse opinor:—*potitus est* [annis duobus post Fulvius Flaccus]; nimirum ab *annis* ad *Antigonus,* nomen initiale sequentis exempli, oculo librarii aberrante.

— 5. 1. "una quoque* ope sustentari, quod crederent, —."

* Fort. *una eaque:* vide *Emendd. Liv.* ii. 28. Deinde recte Palatinus *spe* pro *ope.*

— — 2. "Qua voce perterriti Lusitani*, quamquam instructi commeatibus, statim se tradiderunt."

* Fortasse:—*Qua voce perterriti, plures in annos quamquam instructi commeatibus;* vel *lautius quamquam.* Nisi tamen malis retinere *Lusitani*, pro *instructi* autem reponere superlativum.

— — 3. "Pluris eam*, inquit, propediem vendam."

* Nota pron., quum nomen antecedens extra verba dicentis sit repetendum. Idem apud Livium fit, xxiii. 19. 14.

— 9. 4. "dum firmissimas* partes copiarum noctu exponit."

* Immo, opinor, *in*firmissimas. Neque res firmissimas poscebat. Cf. ii. 3. 4.

— — 7. "Thrasybulus, . . . ut portum Sicyoniorum occuparet*, a terra subinde oppidanos tentavit."

* Fort. lacuna est:—*ut portum S. occuparet a* [mari frustra tentatum, a] *terra*—.

— — 8. "aliis deinde turribus adortus a terra, domibus* propugnatores distringit."

* Scribe:—*turribus adortus a terra mobilibus.*

— 10. 1. "illis*, quas occultaverat, cohortibus oppidum cepit."

* De istis nihil supra. Reg. 1. *illo*. Scribe *illico iis*: cf. Ex. 2., "per *eos*, quos . . occultaverat, oppidum invasit;" et 3., "per *eos*, quos in insidiis posuerat, cepit."

— — 2. "per* tumultum* relicta obpugnatione."

* Codd. *parte militum*. Fort. *per simulationem*.

— — 5. "imperatum ignem acervis* subjecerunt."

* Codd. *acerbis*. Fort. *maceratis ramis*.

— — 9. "partem classis suae procul armatam* jussit ostendi."

* Scribe *a mari*.

— 11. 2. "destitutos* Phocenses superavit."

* Fort. excidit *praesidio*: cf. 9. 5.

— 13. 1. "ad Camillum ab* exsilio* inplorandum miserunt."

* Med. 1. *ad auxilium*, 2. *auxilium*. Fort. *exsulem auxilium imploratum*.

14. 1. "e quibus aliquos evitans*."

* Fort. *etiam verbis increpans*.

15. 3. "saepe* arato loco."

* Fort. *perarato*.

Ibid. "semina* in praeparatum locum jecerunt."

* Fort. *raporum semina*: cf. Liv.

— — 4. "horrea* tota nocte circumduxerunt captivos."

* Fort. *horrea* [et pauca et parva] *tota nocte.*

15. 5. "collato viritim exiguo tritico, aut* caseo* paverunt pecora."

* Scribe *ad satiem.*

— — 6. "frumentum omne in forum compellere*."

* Fort. *convehere.*

— 16. 1. "curatus inter Cannenses saucius*."

* Fort. *saucios.*

Ibid. "fortissimum eum militem esse*, quod antea ignorasset."

* Fort. *esse rescisse.*

— — 2. "sibi* fidelissimos subornavit."

* Fort. *tres sibi.*

— — 3. "et Romanos* ceciderunt et ipsi omnes interfecti sunt."

* Fort. *Romanos aliquos* vel *sat multos* vel *haud paucos.*

— 17. 2. "eruptione facta, stravit cepitque Ligures*."

* Abundat fere proprium. Fort. *securos:* cf. exempla 3. et 8.

— — 6. "Qua re proelio* aptatos . . . trucidavit."

* Fort. :—*Qua re* [praedae magis quam] *proelio aptatos.*

iv. 1. 8. "eosque hostium specie impetum in socios*—."

* Fort. *suos.*

Ibid. "strenui autem in fronte* prosiluissent."

* Scribe *in frontem:* cf. ii. 8. 13.

— — 10. "ne quis . . . hospitio matris familias* uteretur."

* Fort. lacuna est:—*matris familias* [cui adultae essent filiae]—.

— — 23. "minatus non nisi post* victoriam receptum iri."

* Fort. *potitos.*

— — 24. "Senatus . . . decrevit, ne . . . , nisi captis* et victis hostibus."

* Fort. lacuna est:—*nisi captis* [ab hostibus signis receptis] *et v. h.*

— — 27. "cohortem* et centuriones."

* Med. 1. *cohortes.* Fort. *cohortis centuriones.*

Ibid. "galeatos* et discinctos."

* Fort. *caligatos.*

— — 44. "committi his Rempublicam, quam* deseruissent."

* MSS. *qui.* Scribe *comm. his Remp., Remp. qui des.*

— 2. 1. "ne solum in . . , verum et* in—."

* Fort. *verum et ut:* vide *Emendd. Liv.* ii. 7.; add. Bosius et Bardilius ad Nep. *Hann.* 12. 2.

— — 4. "jam . . . disciplinae* adsuefactis."

* *tantae disc.* codd. duo. Scribe *attentae*: cf. Valer. Max. iv. 3. 9., "*attentae* disciplinae indicium."

— 3. 6. "ahenum et unicum* veru."

* Fort. *aënum unum modicum et veru.*

— — 7. "crepusculo demum ad coenam vacabat*."

* Fort. *veniebat*: cf. Cic. *de F.* ii. 20. 64.

— — 14. "septuaginta millia armatorum*."

* Magnum numerum, ut armatorum. Fort. *armorum*: vide *Emendd. Liv.* ii. 18.

— 4. 1. "liberos* Faliscorum*."

* Fort. *liberos primores* vel *Faliscorum primorum.*

— 5. 7. "erumperent secum; id sibi animi esse, etiamsi nemini ad erumpendum* audacia fuisset."

* Displicet iteratum. Fort. *evadendum*, vel *secum eundum.*

Ibid. "De cunctantibus* XII. omnino equitibus, L. peditibus . . . repertis."

* Fort. *De cunctis.*

— — 14. "nec dare* poenam* dubitavit."

* Fort. *edere pugnam.*

Ibid. "ipse cum quatuordecim Aeliis* ex eadem familia."

* Fort. *aliis.*

— — 15. "adepti mortem*, victoriam patriae contulerunt."

* Addidit *mortem* Oudend. ex duobus. Sed fortasse

latior aliquanto est lacuna:—*adepti* [vicariam pro patria mortem] *victoriam*—.

Ibid. "victoriam patriae contulerunt*."

* Fort. *conciliarunt.*

— 6. 1. "facile tam laboriosa sedentem* imperare."

* Fort. *sedentem in equo:* cf. i. 11. 8., "oblata specie duorum *in* equis juvenum;" Liv. xxvi. 10. 6., "*in* equis decurrentes," et xlv. 39. 18., "*in* equo . . persedendo:" adde nos ad Cic. *de Div.* ii. 68.

— — 3. "considere loco* suo jussit."

* Alii codd. satis multi *in l. s.* Fort. *in solio suo.*

— 7. 3. "Imperatorem senem* moribus . . esse oportere."

* Fort. *Imperatorem* [aetate juvenem,] *senem moribus.*

— — 4. "Imperatorem me mater, non bellatorem*, peperit."

* Alii *pugnatorem,* rectius; quippe post illud "parum *pugnacem.*" Poterat autem acrius aliquanto Scipio:—*Imperatorem me mater pugnatorum peperit.*

— — 5. "Quum deinde instaret*, gladiatorem . . . objecit ei,—."

* Al. *monstraret.* Fort. . . *Q. d. instaret et minitaret gladio, gladiatorem*—.

— — 6. "duos admovit juvenes similiter adfectos*."

* Codd. *electos,* recte.

— — 7. "intra* castra sua."

* Voss. *in*. Fort. *intrantem in.*

— — 10. "quarum metu* perterriti—."

* *qua re* MSS. Scriv. Fort. *quarum repentino impetu.*

Ibid. "milites a dimicatione et nauticis* ministeriis impedirentur."

* Scribe *et nautae in suis.*

— — 12. "inpetu in classem hostium* quum transiluisset."

* Fort.:—*imp. in c. h.* [facto in navem eorum] *q. trans.*

— — 16. "hosti . . dandam esse viam fugiendi*."

* Fort. —*ti*: cf. ii. 6. 1., "*fugientibus* via data est."

— — 18. "ut* hoc permitterent, poscentibus* securitatem promisit."

* — * Particulam accipio *ut* quasi *ea conditione, ut*—: vide ad Cic. *de F.* ii. 22. 71., *Lael.* 15. 52., *de Off.* iii. 10. 45. Deinde in participio fort. una mutanda litera, ut *pascentibus* fiat, sc. pecora.

— — 20. "effecit, ut pulvis . . . speciem* . . exercitus moveret; cujus exspectatione* territum vicit hostem."

* — * Fort. *exspectationem . . . specie.* Neque arbitror Latine dici *speciem movere. Exspectationem* autem *movere* Ciceronis est *ad Att.* ii. 14.

— — 21. "cedentibus autem perniciosissimum*."

* Sc. id ipsum, nempe cedere. Nisi malis *perniciem ocissimam.*

— — 24. "totum . . . vicisse videri, quod hostes* fugissent."

* Fort. *universi quod hostes:* cf. i. 4. 9., "quum *universi* se hostes effudissent."

— — 29. "ibi positis nostris equitibus incipere inter hostium* equitatum proeliari."

* Fort. *inter* hos et *hostium.* Vel etiam bis scripta praep., *inter* [eos et inter] *hostium:* Hand. III. 409.; adde Cic. *de L. Agrar.* ii. 33. 89., *Acad.* ii. 7. 21.

— — 42. "quum in* agmine* milites continerent se intra castra."

* Fort. *unanimes.*

— — 43. "rati . . . alio milite apud Marathona pugnatum, alium* pro muris suis obponi."

* *alio* Vat., Medd., Leidd., Hillens. Fort. *alio p. m. s. propugnari;* nim. abl. instrumenti; vide ad ii. 3. 7.

— — 44. "magnaque edita caede ultus esset *suos**."

* Fort. *suas.*

Ibid. "tamquam suis*, et—."

* Fort. *suis* salvis *et* —.

INDEX.

